Hoc est traslatum bene et fideliter factum In villa de nulles
die decima quinta mensis decembris anno a nativitate dni M D octu
agessimo septimo sumptum veridice legaliter atque bene a
quadam centencia domini nostri regis phelipi In pergame
neo escripta cum sigilo pendenti et publicata per petrum franquesa escriba re
gie sue magestatis et notarium publicum die decima quarta mensis novembris anno a nat
dni Millessimo quingentessimo octuagessimo quarto In villa
de madrit Instantibus fisci regij procuratore et Antonio cases ~~poligranore~~
~~eiusdi~~ sindico ville de nulles cuius tenor sequitur ~~huiusmodi~~
Quia per regulas rationis naturalis escripte jus permitendi
alienationes bonorum universsitatis debetur et expectat
ad superiorem dominium et eorum qui exercet In loco Impe
rium superioris jurisdictionis et exercitij maiorum causarum
et rerum cuius espesiei dignositur esse licentia honera
tionis censualis per vicinos et habitatores et pariter Interesse Ipsos
conveniendi de aliqua parte fructuum colligenda ad sub
venda levius universsitatis onera seu collectas et alias per
se Ipsos Imponendam nec hi permiti seu admiti debet quod a do
mino Inferioris jurisdictionis peti debeat hec facultas multo
minus urgente necessitate universsitatis ad ea negotia
tratanda que agit contra Ipsum Inferioris jurisdictionis
dominium Id circo et alias pronuntiamus et declaramus
fuisse et esse bene suplicatum pro parte sindici de nulles
et procuratoris regij patrimonij a provissione facta die
duo decimo mensis marcij proxime preteriti et currentis
anni Et minus bene fuisse cum dicta provissione provisum
Et consequenter dictam provissionem esse revocandam
prout Illam cum presenti revocamus et eam In melius commu
tando pronuntiamus et declaramus ad dictam licentiam
obtinendam ad eundem fuisse et esse nostrum locumtenen
tem generalem In dicto valencie regno loco nostri cum ad nos
pertineat Imperium et suprema jurisdictio dicti opidi de nules
qui Illam Impartiatur et suo loco et casu ad eundem esse baiulu
generalem ubi similis occasio petendi talem licentiam offe

Arxiu Hsitòric Nules

ratur qui precedente debita et oportuna informatione illam
imparcialiter et imparciter possit neutram dictarum par-
tium in expensis condempnando sed quod probitratis
fiat exº Sapena Rs Vt campi Rs Vt texea Rs
Vt frigola Rs Vt marsilla Rs Lata est

Arxiu Hsitòric Nules

Transumpt de una sententia
dona per lo S.or rey en favor de
Nulles. que pot dar e donar licentia a Nulles.
S.a D.a Isabel a ... get pacere
gar ... posar taches. y altres
jurisdictions ates que la suprema juris
dictio y mer y mixt imperi de dita vila de Nulles
pertany al Señor Rey

Arxiu Hsitòric Nules